



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

osculo traditus est Articulus XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

Pax vera in solo Deo querenda. Ioan. 6.

formem cum ipsius voluntate. Idcirco vigilandū est semper, rēratio semper expectanda, semper pugnandum contra peccata, semper toleranda aduerſa: quia etiā vna recedit tentatio, immediatē sequitur alia. Aliam pacē non habemus, nisi in Deo: quia sicut ante dixi, imo ego non dixi, sed nūciaui, quod Christus dixit discipulis in cenā: in mūdo praesuram habebitis, sed pacem habeatis in me. Si pax esset non sentire aduerſa, nullas pati contumelias, iniurias, &c. tunc nullus sanctorum, nec Christus pacem habuisset. Sed nō est ira. Quomodo est tunc? Sicut iam dixi, vt pacem habeamus cum Deo, & in Deo in corde nostro, in voluntate nostra, & foris patienter sustineamus aduerſa & non solum foris, sed etiam intus timores, tentationes, pugnas, quibus repugnandum est.

IESVS OSCULO TRADITUS EST. Articulus XV.

Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. Osculo Iesum solitum recipere discipulos re. deunt.

CVM Iesus inimicis suis, vt praedixi, licentiam se capiendi dedisset, *Das confestim accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi. Et osculatus est eum.* Dominus Iesus pro consuetudine habuit venientes ad se discipulos dum abſuerant osculo recipere. Ceterum videte hunc nequam quanta infidelitate obcaecatus fuerat, quo credidit Dominum latere suam nequitiam. Veniebat enim cum armatis, & praecedens ad Dominum, osculabatur eum: exhibens falsum signum pacis & charitatis, quam si ipse nihil mali haberet in corde, nec pertinere ad turbam armatam, sed casualiter sic ante hostium conuenissent, & hac simulatione putabat se illudere Domino, & accipere illum, vt non posset dolum eius & malitiam aduertere. Oh quare non meminuit, quoties Dominus Iesus cogitationes cordium Iudaeis, Scribis & Pharisaeis manifestauit: quod ipse est inspector cordium, & nihil potest illi esse occultum. Dominus Iesus humiliter inclinauit se ad eum, & dulciter dedit osculum, & benigniter affatus est eum, dicens: *Amice ad quid venisti Iuda osculum hominis tradis?* Non putes peccatum tuum me latere. Ego noui quare venisti, ego scio quid est in corde tuo. Si adhuc poenitere volueris fili me, recipiam te ad poenitentiam, & peccati tui non recordabor, & lauabo te sanguine meo, quem tu vendidisti.

Matth. 9. Marci 7. Lucæ 3. 6. 11.

Matth. 26. Lucæ 22.

Charitate quanta Christus vsus est erga Iudam proditorem.

Inimicos diligendi exemplum per magnum in Christo.

Charissimi filij, audita tanta mansuetudine piissimi Iesu, magni Domini, creatoris mundi super nequissimo traditore, quis non emolliatur in corde suo erga suum (si quem habet) inimicum? Quis non recipiet hic documentum? quis non videt exemplum, quomodo oporteat iniurias obliuisci, offensam dimittere, & inimicum suum magis velle lenitate & charitatis officio placare, quam se mali retributione, vel verborum asperitate vindicare? Habemus hic bonum exemplum dilectionis inimicorum. Cogitate quid nos faceremus, si proditorem nostrum haberemus ante nos in ipso actu & executione proditionis suae, & potestatem haberemus in illum sicut Christus. Quid faceremus? In frustra vti que deciperemus. Et quid Christus fecit, iam audistis. Osculatus est eum, & dulciter eum allocutus est.

IESVS HOSTEM SUUM CVRAUIT. Articulus XVI.

Domi